

pro ipso humiliter supplicamus, quatinus auctoritas et gratia vestra de iniuriis illatis ecclesie sue et ei satisfaciat et non sinat clericalis vel laicalis manus ita ei resistat, quin iura spiritualia libere in dispositione ecclesie sue possit exercere^{d)} et res temporales ecclesie sue pertinentes, quas^{e)} laici violenter a iurisdictione ecclesie nituntur evellere, quiete possit
5 possidere et ecclesie conservare.

516.

Landgraf Ludwig III. befiehlt seinen Vögten, die dem Kloster Lippoldsberg gegebene Zollfreiheit zu beachten. [1182—1185.]

Hilschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Marburg. S. an Pergamentstreifen = Taf. XI. 2. Phot. H. St. A.

10 *Anm.: Die Urkunde gehört in die Zeit von 1182—1185, wo der Landgraf das an der Urkunde hängende Siegel führte.*

L[udewicus] dei gratia Thuringie lantgravius villicis suis in Cruciburch et in Munde | gratiam suam. Clastrum sanctimonialium in Luippoldesberch situm in diebus patris | mei sub omni protectione in omnibus negotiis et utilitatibus suis deguit et in me | eadem gratia et misericordia super congregationem illam devenit. Unde mando vobis
15 firmissime per gratiam meam precipiens^{a)}, quatenus prefati claustrum legatos victualia ad claustrum necessitatem in civitatibus meis^{b)} ementes vel deferentes absque omni theloneo et exactione ire et redire libere sinatis indubitanter scientes, si contra preceptum meum in aliquo eos offenderitis vel exactionem in aliquo contra eos feceritis, indignationem et offensam meam incurretis et inrecuperabiliter comparabitis.

20

(S.)

517.

In einer Schenkung des Herzogs Friedrich von Böhmen an den Deutschorden wird der zu Aussig vollzogene Verbindung Adelberts (in der Urkunde fälschlich Ottos), Sohnes des Markgrafen Otto von Meissen, mit der Tochter des Herzogs gedacht. Aussig, 1186 April 23.

25 *Gedr.: Annales Hageciani 6,570.*

Ego Fridericus dei gratia dux Boemorum. Omnibus presentibus et futuris notum esse cupio, quod, cum anno dominice incarnationis MCLXXXVI, principatus vero mei x. die festivitatis beati Adalberti filiam meam marito traderem in Uzdt Ottoni filio Ottonis marchionis de Mizna, Martinus quondam prepositus Pragensis, nunc vero frater Ierosolymitanus et preceptor Ungarie, Boemie et omnium aliarum terrarum ab oriente et meridie et
30 septentrione adiacentium, licentiam redeundi Ierosolymam, de qua ante triennium fere manu missus huc fuerat, petere cepit. Ego autem animo revolvens, quam affectuose pater meus prefatum hospitale a principio sui principatus dilexerit, cui et multiplices elemosynas

515. d) exerce, exerce übergeschrieben und ausgestrichen. e) quos.

35 516. a) m. p. auf Rasur. b) meis auf Rasur.